



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 9. Billii Abbatis fatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

nibus, quos tum Europa tulit, Viris Sæcul. XVI.
A.C. 1581.
scientia celeberrimis arctum literarum
commercium fovebat, postquam vero
a Gregorio XIII. Hispalensis Canonicus
creabatur, ibidem aliquot annis com-
moratus demum Romam reversus est,
ubi etiam hoc anno a Christi nativitate
millesimo quingentesimo octogesimo pri-
mo, ætatis vero suæ quinquagesimo
sexto naturæ debitum solvit.

§. IX.

Billii Abbatis fatum.

Alter erat Jacobus Billius Abbas sancti Mæus de
Script. Eccl.
Sanmarth.
in elog. l. 3.
Michaelis in Herma, Vir suo ævo
doctrina clarissimus. Hic Guisæ qua-
dam Picardiæ Urbe, cujus Guberna-
tor erat ejus parens Ludovicus Billius
Carnutensis, natus erat, & fratrem ha-
bebat natu majorem nomine Joannem,
adolefcentem meritorum gloria prorsus
singularem, qui, cum in secessu Car-
thusiano severiorem vitam agere medi-
taretur, Jacobo fratri suo sancti Michae-
lis in Herma Ordinis sancti Benedicti
Abbatiam, cui præerat, cessit, ac in-
ter Carthusianos raro virtutum exem-
plo, atque exactæ disciplinæ studio cla-
rus usque ad annum Domini millesi-
mum sexcentimum decimum vitam
produxit, suisque libris, ac probitate
celebrem sese reddidit: Jacobus vero
B 2 præ-

Sæcul. XVI. præfatam Abbatiam adeptus eo secessit,
A.C. 1581. ibidemque opera, quæ posteris reli-
 querat, elucubravit, præcipue autem
 sancti Gregorii Nazianzeni opera iterato
 prælo excusa ex græco latine reddidit,
 simulque latinitate donavit tres primos
 libros sancti Isidori Pelusiotæ, necnon
 varios tractatus sancti Joannis Chryso-
 stomi, Divi Basilii, & sancti Joannis
 Damasceni: insuper plures græcos Pa-
 tres, cum hujus linguæ peritia emine-
 ret, egregiis illustrabat adnotationibus,
 ac latini sermonis facundia insignis, nec-
 non humanioribus literis apprime ex-
 cultus vastam antiquitatis tam sacræ,
 quam profanæ eruditionem possidebat,
 facilique vena Latinos æque, ac Galli-
 cos versus canebat, ideo suæ poeticæ
 artis plura specimina haud sane contem-
 nenda ad nos transmittabat. Depique
 hoc anno die vigesima quinta Decem-
 bris, seu juxta aliorum Scriptorum re-
 lationem, vigesima secunda Novembris
 annos nonnisi quadraginta septem na-
 tus, extremam clausit diem, dum Pa-
 risiis in Genebrardi Doctoris, atque a-
 mici sui ædibus morabatur. Corpus
 ejus ad sancti Severini Ecclesiam dela-
 tum ibidem terræ mandabatur.